Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Bibliorum summae - Cod. Aug. pap. 27

[Reichenau], [15. Jahrh.]

Iosue

urn:nbn:de:bsz:31-72803

Visual Library

primū Josue

Et locutus est dominus ad Josue Servus meus moyses mor-
tuus est Surge transi iordanem et omnis populus tecum. sicut fui
cum moyse ita ero tecum Introduces eis populum meum
in terram hanc Tunc precepit principibus quod prepararent
cibaria neque enim transierunt iordanem usque
in septimum diem

Capitulum secundum

Misit ergo Josue duos exploratores in iericho ipse vero iterum
movit castra et metatus est ea spacio quadraginta stadiorum
a iordane Exploratores autem sub simulatione fatuitatis considera-
verunt urbem et loca eius In vespera autem declinaverunt in domum
raab meretricis que erat iuxta muros et porte civitatis Nunciatum
est regi iericho circa cenam viros exploratores adesse et misit
ad raab ut educeret eos Que abscondit eos in stipula lini mentiens eos
egressos dum clauderetur porta Consuluitque nuncios ut persequerentur eos
Quod factum est Et raab dixit exploratoribus Novi quod dominus tradet
vobis terram hanc Ite iurate mihi ut sicut feci vobiscum misericordiam sic faciatis
mecum Et illi iuraverunt et dimisit eos per funem ex fenestra qua habe-
bat per murum Et ait cum latitate in montibus tribus diebus donec redeant qui vos
persequuntur Qui dixerunt ad raab liga funem hunc in fenestra domus tue ut co-
gnoscatur ea cum capta fuerit civitas Itaque post tres dies redierunt ad
Josue narrantes omnia cum incremento que acciderat
Tunc profectus Josue tercio cum populo transit iordanem ita ut precederet eos
archa Tollentes quoque secum duodecim lapides fluminis castrametati
sunt in galgalis

Capitulum decimum

Josue vero construxit ibi altare de lapidibus quos tulerat et super id
postea sacrificavit domino etc
Et precepit ut pueri et alii qui in deserto in via circumcisi non erant
incircumcisi manserant ibi circumciderentur Quod factum est Ob hoc vocatum
est nomen illius galgala i. sacrificatio. secundum illud Facta est iudea san-
ctificatio eius Et mansit ibi populus donec sanarentur fecerunt phase et comederunt
de frugibus terre die altero panes azimos et polentam eiusdem anni et
pultes de purissima farina fractas Statimque defecit eis manna quo aliti fuerant
quadraginta annis in deserto Eadem nocte cum esset Josue magis ad explorandum
iericho virum vidit stare contra se evaginato gladio. Dixitque ei Noster
es an adversariorum Qui respondit Nequaquam sed princeps sum exercitus angelorum
et docuit eum de modo capiendi civitatem Et adoravit Josue angelum et nec

Capitulum sextum

Cogitat ad populum

Iuxta autem impetratum consilium
archa septem sacerdotes septem buccinis clangebant ante archam Omnis
populus armatus precedebat archam et reliquum vulgus mane sequebatur
eam Circuierunt quoque civitatem primo die azimorum semel et sub silencio et
redierunt in castra Sic fecerunt sex diebus Die autem septimo septies circu-
ierunt Dixit Josue ad populum Vociferamini et ascendite Et ascendit
quisque per locum qui contra se erat Vociferantes et clangentes tubis Et cum ascende-
ntibus muri funditus corruerunt Et interfecerunt omne vivens in ea et
combusserunt eam Raab vero honoratam muneribus cum omni domo sua receperunt
extra castra quam predicte tempore duxit salmon princeps tribus
iuda Qui genuit booz cuius illius booz qui genuit obeth Dicens ergo
filius et nepos dicti sunt booz Tamen ergo tunc unum fuit nomen illum semel

posuit matres in genologia. Tunc Josue anathematizauit ciuitatem et
maledixit omni qui reedificaret. Acharoo achore de tribu iuda tulit de ana-
themate clamidem coccineam contextam auro halictem ducentos ciclos aurei
totidem quasi argenti ciclos et regulam auream quinquaginta ciclorum **Capitulum septimum**
Misit Josue de Jericho viros qui explorarent ciuitatem hay qui
recurrentes Josue assumpsit tria milia virorum. Qui cum ascendissent
ad accipiendam ciuitatem fugierunt et ceciderunt ex filiis israel triginta
sex viri. Josue vero scidit vestimenta sua et iacuit coram archa usque
ad vesperam et seniores populi cum eo sparsis induti. Dixitque dominus ad Josue
Pollutus est populus anathemate [illegible] eos cum [illegible] eo donec mundetur. Et ferit
Josue sortes per tribus et cecidit sors super achor et inuenta est sub eo pecunia
anathematizata lapidatur quoque cum omni israel domino iubente et cuncta que illius fuit
Post hec surrexit Josue ut **Capitulum octauum** igne consumpta sunt
ascenderet in Hay et premisit XXX milia virorum in locum insidiarum
et dimissis ibi quinque milibus ceteri redierunt ad exercitum. Rex autem
Hay festinauit mane egredi ignorans quod post tergum laterent insidie
Josue vero fugiens eleuauit clipeum quo viso surrexerunt qui erant
in insidiis. Succenderunt vrbem Hay et conuersus Josue cum suis interfecerunt
omnes a viro usque ad mulierem. Predam vero diuiserunt suspenderunt
regem in patibulo usque ad vesperam [illegible] Jerusalem regnabat Adonisedech
Qui cum audisset Gabaonitas federatos cum ys- **Capitulum decimum**
rahel quod tamen fecerant in dolo timuit valde et conuocat quatuor
reges amorreorum et obsederunt Gabaon. Obsessi autem miserunt
ad Josue dicentes Ascende cito et libera nos. Qui collecto exercitu
venit super hostes et conuersi sunt in fugam. Et misit dominus grandinem super eos
et plures grandine perierunt quam gladio. Videns autem Josue solem descendentem
ad occasum et lunam ascendere timuit ne hostes euaderent. Et clamat
ad dominum dicens. Sol contra Gabaon ne mouearis et luna contra valle Haylon
Steterunt quod sol et luna spacio vnius diei et reperiunt quinque reges. Prece-
pitque Josue principibus exercitus dicens ponite pedes super colla istorum
regum et ne timeatis quia sic faciet dominus cunctis hostibus vestris et suspende-
Quod cum audisset **Capitulum vndecimum** runt reges in patibulis
omnes reges qui in circuitu erant timuerunt. Congressi quoque sunt
viginti quatuor reges cum exercitibus suis ut pugnarent contra israel
Filii autem israel percusserunt omnes ceteros pariter qui se in ciuitates mo-
nitas receperunt et ditatus est israel super modum de preda. [illegible] autem transiecit
arcam et transtulit a Galgalis locum tabernaculi in silon et quieuit terra
Et post multa conuocauit Josue **Capitulum duodecimum** Capl[illegible]
ecclesiam in silo. Et ait. Quamdiu torpetis ut terram quam promisit
vobis dominus sorte diuidatis. Et assumptis de singulis tribubus viris
per eos diuisit eis terram. Dedit autem Effraim extra sortem aliorum agrum
Sichem quem dederat Jacob singulariter filio suo Joseph et sepeliuit in eo
Volutis autem multis temporibus congregat **Capitulum 13m** ossa Joseph
Josue omnem israel in Sichem. Et ait hodie ego ingredior viam vni-
uerse carnis et scitis vos quod vobis ad veritatem dedi **Capitulum 14**
Eligite hodie cui seruire debeatis an deo celi an diis in quorum terra

habitatis in terra amorreorum Et ait populus domino serviemus absit ut ab eo recedamus
Et dixit Iosue testes vos estis quod hodie dominum elegistis Et responderunt testes
sumus Et ascendit in Sylo ut staret coram domino Et percussit quoque populus ille dei fedus
cum domino et in signum federis effudit Iosue aquam super terram mos enim gentilibus
erat in signum federis sanguinem similium effundere dicentes Sic effundetur sanguis
illius qui violaverit hoc fedus Hebrei vero aquam fundentes maiorem penam
in violatore federis indicabant Scripsit quoque Iosue verba hec in volumine legis
et mortuus est cum esset centum et decem annorum Rexerat eum israel viginti sex
annis et sepultus est in monte effraim Eleazarus quoque mortuus est et sepultus
in gabaa Phinees quia filius eius successit patri in sacerdotium et deinceps
per Phinees consuluit dominus populum Sed et omnes generationes seniorum congregata cum patribus

Incipit Iudicum. Capitulum sextum Ius

Fecerunt iterum filii israel malum coram domino qui tradidit
eos in manus madian et amaleth singulis annis israel
vastantes segetes eorum et universa iumenta trahentes in
predam Cumque clamasset israel ad dominum Venit angelus domini
et super quercum sedit que erat in effra lapis autem super quem sedebat
et quercus et ager pertinebat ad iarob Gedeon vero filius eius timens
hostes qui venerant super terram in atrio excutiebat frumenta tor-
cular ut haberet victum ad fugam Ioseph quod dicitur hoc magis fuisse divi-
ne preparationis indicium quod tunc uteretur torculari pro area Futurum erat
enim ut area repleretur et torcularia Et ait angelus ad eum Dominus tecum
virorum fortissime Cui gedeon Si dominus nobiscum Cur apprehenderunt
nos hec mala Et respexit in eum dominus id est angelus et ait Vade ego mitto
te in hac fortitudine tua qua sic refero tibi respiciendo vel mittendo
percuties madian quasi virum unum Cui gedeon Si gratiam inveniam
coram te ne recedas donec revertar ad te Et coxit gedeon edum
posuit quoque carnes et azimos panes in canistro Et misit ius in [illegible]
in olla offerens ea angelo Cui angelus panes carnes quoque pone super petram
et desuper funde ius vel Quo facto tetigit illa angelus summitate virge quam
ferebat et ascendit ignis de petra et combussit ea Angelus autem eva-
nuit ab oculis eius timens quoque gedeon ait Heu michi domine quia vidi
angelum domini Cui dominus dixit Ne timeas ne morieris Eadem nocte dixit
dominus ad eum Destrue aram baal quam erexit pater tuus et nemus circa eum
succide et occide taurum qui signatur ydolis Aliud vero taurum septenne
que tauros edificaverunt ydolis offeres in super altare quod edificabis super
petra in qua sacrificium posueras Gedeon timens patrem et cives
assumpsit decem servos et ea nocte complevit Et vocatur altare pax domini et
latuit in crastino Dixerunt cives ad ioab Educ filium tuum ut moriatur
quia fecit hoc Quibus ille ait Numquid ultores estis baal Si deus est baal
vindicet se Igitur madian et amaleth transierunt iordanem Spiritus autem
domini induit gedeon et misit ad manassen nuntios et asser et zabu-
lon et neptalim qui occurrerunt ei cum triginta duobus milibus Et petiit
gedeon a domino signum victorie in vellere posito in area si nocte illa vellus
compluerit sicca area remanente Et factum est ita Et expresso vellere
concham implevit Sequenti nocte petiit sicut in contrarium area rorata
esset et vellus siccum esset Quod factum est et processit gedeon

[illegible] [illegible]